



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Concilium Agathense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Concilium Valense.

I IX ¶ De expositis quia collata ab oibus querela pcessit eos non misericordie iam sed carnis exponi, quos colligere calumniarum metu quamuis infelix à præceptis misericordie mens humana detractet referuandum est & scdm statuta fidelissimorum, piissimorum, augustorumque principum quisquis expositum colligit Ecclesiam contestet & contestatione colligat nihilominus de altario dominico die minister annuntiet ab Ecclesiastico expositum esse collectum, vt intra dies decem ab expositionis die expositum recipiat, si quis probauerit se agnouisse collectori p ipsoꝝ decem dieꝝ misericordia prout valuerit ad præsens retribuatur, aut in perpetuum

k X. ¶ Si quis expositorum hoc ordine collectorum (cum dei gratia si voluerit, possideat, repetitor vel calumniator extiterit, vt homicida habendus est.

Incipiunt capitula Agathensis concilij.

¶ De bigamis clericis vt non ministrent.	1	¶ De clericis qui ad seculares confugiunt.	8	¶ De homicidis, & falsis testibus.	37
¶ De contumacibus clericis, & ad officium tardis.	2	¶ De prebyteris & diaconibus q ad conjugalem coitum reuertuntur.	9	¶ De iudæis qui conuerti cupiunt, qualiter suscipiantur.	34
¶ De episcopis qui vel innocetes, vel pro minimis causis aliquos excommunicant.	3	¶ Vt nullus clericorum cum extraneis sceminis habitet.	10	¶ Si Episcopus à Metropolitano admonitus pro Synodo, vel ordinatione Episcopali venire distulerit.	35
¶ De his qui suas vel propinquorum oblationes Ecclesie defraudant.	4	¶ Vt nullus clericus in cellario, vel in secreto sceminam intromittat.	11	¶ Vt stipendia Clericorum iuxta meritum distribuantur.	36
¶ Si clericus furtum Ecclesie fecerit.	5	¶ Vt omni quadragesimæ sabbato ieiunetur.	12	¶ De homicidis, & falsis testibus.	37
¶ Si Episcopo à quibusslibet quicquam fuerit derelictum.	6	¶ Vt symbolum ante octo dies paschæ competentibus prædicetur.	13	¶ Vt sine Episcopi sui epistola non liceat clericum vel monachum proficisci, & de monachis vel abbatibus.	38
¶ De rebus Ecclesie quomodo ab Episcopis habeantur, & de seruis Ecclesie qualiter ab Episcopo manumittantur.	7	¶ Vt altare & benedicatur, & vngatur.	14	¶ Vt clerici nuptialia vitent conuiuia.	39
¶ De clericis qui ad seculares confugiunt.	8	¶ Qualiter maiores, qualiter minores pccentiam accipiant.	15	¶ Ne Christiani Iudæorum vtantur conuiuio.	40
¶ De prebyteris & diaconibus q ad conjugalem coitum reuertuntur.	9	¶ Qua ætate diacones ordinentur.	16	¶ Vt à clericis vitetur ebrietas.	41
¶ Vt nullus clericorum cum extraneis sceminis habitet.	10	¶ Qua ætate Episcopi vel presbyteri conferentur.	17	¶ De fortilegis, vel auguratoribus vt ab Ecclesia separentur.	42
¶ Vt nullus clericus in cellario, vel in secreto sceminam intromittat.	11	¶ De laicis quibus temporibus communicare debeant.	18	¶ Ne de pccentibus clericus ordinetur, & vt presbyter altare non erigat.	43
¶ Vt omni quadragesimæ sabbato ieiunetur.	12	¶ De sanctimonialibus qua ætate veltentur.	19	¶ Ne presbyter benedictionem populo, vel pccententi in Ecclesia dare præsumat.	44
¶ Vt symbolum ante octo dies paschæ competentibus prædicetur.	13	¶ De clericis qui comam nutriunt.	20	¶ Vt episcopus exiguum aliquid sine clericorum conuiuia, (si necesse fuerit) distrahat.	45
¶ Vt altare & benedicatur, & vngatur.	14	¶ Vt solemnitates maiores in ciuitatibus celebrentur.	21	¶ Vt seruos Ecclesie fugitios liceat vendere Episcopo.	46
¶ Qualiter maiores, qualiter minores pccentiam accipiant.	15	¶ Vt non liceat presbyterum, aut clericum rem Ecclesie vendere, aut donare.	22	¶ Vt ante missam expletam egredi populus non præsumat.	47
¶ Qua ætate diacones ordinentur.	16	¶ Vt clericus minor seniori non præponatur.	23	¶ De rebus ecclesie proprijs vel acquisitis.	48
¶ Qua ætate Episcopi vel presbyteri conferentur.	17	¶ De expositis inuentis.	24	¶ De non alienandis ab aliquo rebus Ecclesie, & de libertis.	49
¶ De laicis quibus temporibus communicare debeant.	18	¶ De secularibus qui suas vxores derelinquunt.	25	¶ De clericis capitale crimen incurretibus.	50
¶ De sanctimonialibus qua ætate veltentur.	19	¶ Vt si voluntarie Clericus damnus Ecclesie fecerit, & satisfaciatur & excommunicetur.	26	¶ De testamento Episcopi.	51
¶ De clericis qui ad seculares confugiunt.	8	¶ Vt monasterium inconsulto Episcopo nullus constituat de monachis.	27		
¶ De prebyteris & diaconibus q ad conjugalem coitum reuertuntur.	9	¶ Vt monasterium puellarum procul à monachis constituitur.	28		
¶ Vt nullus clericorum cum extraneis sceminis habitet.	10	¶ De libertis vt in necessitate ab Ecclesia tueantur.	29		
¶ Vt nullus clericus in cellario, vel in secreto sceminam intromittat.	11	¶ Vt post antiphonas orationes dicantur.	30		
¶ Vt omni quadragesimæ sabbato ieiunetur.	12	¶ De his qui propter odium ad pacem non reuertuntur.	31		
¶ Vt symbolum ante octo dies paschæ competentibus prædicetur.	13	¶ Vt clericus inconsulto Episcopo ad iudicem secularem non pergat.	32		
¶ Vt altare & benedicatur, & vngatur.	14	¶ Si Episcopus hæredes non habens Ecclesiam cui præfuit hæredem non fecerit.	33		
¶ Qualiter maiores, qualiter minores pccentiam accipiant.	15	¶ De iudæis qui conuerti cupiunt, qualiter suscipiantur.	34		
¶ Qua ætate diacones ordinentur.	16	¶ Si Episcopus à Metropolitano admonitus pro Synodo, vel ordinatione Episcopali venire distulerit.	35		
¶ Qua ætate Episcopi vel presbyteri conferentur.	17	¶ Vt stipendia Clericorum iuxta meritum distribuantur.	36		
¶ De laicis quibus temporibus communicare debeant.	18	¶ De homicidis, & falsis testibus.	37		
¶ De sanctimonialibus qua ætate veltentur.	19	¶ Vt sine Episcopi sui epistola non liceat clericum vel monachum proficisci, & de monachis vel abbatibus.	38		
¶ De clericis qui comam nutriunt.	20	¶ Vt clerici nuptialia vitent conuiuia.	39		
¶ Vt solemnitates maiores in ciuitatibus celebrentur.	21	¶ Ne Christiani Iudæorum vtantur conuiuio.	40		
¶ Vt non liceat presbyterum, aut clericum rem Ecclesie vendere, aut donare.	22	¶ Vt à clericis vitetur ebrietas.	41		
¶ De expositis inuentis.	24	¶ De fortilegis, vel auguratoribus vt ab Ecclesia separentur.	42		
¶ De secularibus qui suas vxores derelinquunt.	25	¶ Ne de pccentibus clericus ordinetur, & vt presbyter altare non erigat.	43		
¶ Vt si voluntarie Clericus damnus Ecclesie fecerit, & satisfaciatur & excommunicetur.	26	¶ Ne presbyter benedictionem populo, vel pccententi in Ecclesia dare præsumat.	44		
		¶ Vt episcopus exiguum aliquid sine clericorum conuiuia, (si necesse fuerit) distrahat.	45		
		¶ Vt seruos Ecclesie fugitios liceat vendere Episcopo.	46		
		¶ Vt ante missam expletam egredi populus non præsumat.	47		
		¶ De rebus ecclesie proprijs vel acquisitis.	48		
		¶ De non alienandis ab aliquo rebus Ecclesie, & de libertis.	49		
		¶ De clericis capitale crimen incurretibus.	50		
		¶ De testamento Episcopi.	51		

¶ De cle-

De clericis qui sine epistolis sui pontificis proficiuntur. 52	De incestis coniugijs. 61
De pbr̄is parrochianis res ecclesie distrahentibus. 53	De his qui seruos suos extra iudicē necāt. 62
De eisdem vt quicquid emerint in nomine comparent ecclesie. 54	De laicis qui in solennitatibus maioribus ad ciuitatem non occurrunt. 63
Vt sacerdotes & leuitæ canibus ad vendendum & accipitribus non vtantur. 55	De clericis qui ab ecclesie officio diebus solennibus defunt. 64
De veditōibus q̄s abbates facere p̄sumūt. 56	De leuitis vt nō sine iussu pbr̄i sedeant. 65
Ne vn⁹ abbas duob⁹ cœnobijs p̄ponat. 57	De ministris ne secretariū ingrediantur. 66
Ne monasteriū sine notitia ep̄i cōstituatur. 58	De catholicis ne hæreticorum connubijs copulentur. 67
De rebus ecclesie vsui collatis vt p̄scriptio- nis tempore non defendantur. 59	De leuitis & clericis ne magi vel incantato- res sint. 68
De lapsis qui de catholica fide in hæresim transeunt. 60	De seditionarijs clericis. 69
	De scurris & iocularibus clericis. 70
	De synodo annis singulis cōgreganda. 71

Incipit concilium Agathense tertio Idus

Septembris, Massale consule.

Vm in dei nomine in ciuitate Agathēsi cōuenissimus, & in S. Andreæ basilica cōseditsemus de disciplina & ordinationibus clericorū atq; p̄tificū, vel de ecclesie vtilitatibus tractaturi, in primis id placuit, vt canones & statuta patrū per ordinem legerentur.

Capitulum primum.

Placuit de digamis aut nuptiis maritis (quanq̄ aliud patrū statuta decreuerint) vt q̄ huc vsq; ordinati sunt, habita miseratione pbr̄i vel diaconi nomē tantū obtineant, officiū vero cōsecrandi pbr̄i & ministrandi huiusmodi diaconem non p̄sumant.

II. Cōtumaces vero clerici, put dignitatis ordo p̄miserit ab ep̄is corrigant, & si q̄ prioris grad⁹ elati supbia cōiōnē fortasse cōtēperint, aut ecclesiam frequētare, vel officiū suū implere neglexerint, peregrina eis cōmuniō tribuat, ita vt cum eos p̄nitentia correxerit, rescripti matricula gradū suū dignitatemq; recipiant.

III. Ep̄i vero si sacerdotali moderatiōe postposita, innocētes, aut minimis causis culpabiles excōicare p̄sumperint, aut ad grām festinātes, recipere fortasse noluerint à vicinis ep̄is cuiuslibet puincia lris moneant, & si parcere noluerint, cōiō illis ad tēpus synodi à reliqs ep̄is denegat, ne fortasse p̄pter excōicatoris p̄m̄ excōicati lōgo tpe morte p̄ueniantur.

III. Clerici etiā vel seculares q̄ oblatiōes parētū aut donatas, aut testamēto relictas retinere p̄tulerint, aut id qd ipsi donauerūt ecclesijs vel monasterijs crediderint auferēdū, sicut synodus sc̄ta cōstituit, velut necatores pauperū quousq; reddāt, ab ecclesia excludantur.

V. Si quis clericus furtum ecclesie fecerit, peregrina ei cōmuniō tribuatur.

VI. Pontifices vero qbus in summo sacerdotio cōstitutis ab extraneis dūtaxat aliqd, aut cū ecclesia, aut sequestratim, aut dimittit, aut donat, q̄ hoc ille q̄ donat pro redemptiōe aīe suæ, nō pro cōmodo sacerdotis offerre probat, nō quasi suū propriū, sed q̄si dimissum ecclesie inter facultates ecclesie cōputabūt, q̄ iustū est, vt sicut sacerdos habet quod ecclesie dimissum est, ita & ecclesia habeat quod reliquit sacerdoti. Sane quicquid per fidei commissum aut sacerdoti, aut ecclesie fortasse dimittitur cuiusq; alij postmodū profuturū, id inter facultates suas ecclesia computare, aut retinere non poterit.

VII. Casellas vero vel mācipiolas ecclesie ep̄i, sicut prisca canonū p̄cepit autoritas, vel vasa ministerij, quasi cōmendata fideli proposito in integro ecclesie iure possideāt. i. vt neq; vēdere, neq; per quoscūq; cōtractus res vnde pauperes viuūt alienare p̄sumant, q̄ si necessitas cōpulerit, vt pro ecclesie necessitate, aut vtilitate, vel vsu fructū vel indirecta vēditione aliquid distrahat apud duos vel tres cōprovinciales vel vicinos ep̄os causa qua necesse sit vendi primitus cōprobei, vt habita discussiōe sacerdotali, eorū subscriptiōe q̄ facta fuerit vēditio roboret, aliter facta venditio vel trāsactio nō valebit. Sane si q̄s de seruis ecclesie bñ meritis sibi ep̄s libertati donauerit, collatā à successoribus libertatē placuit custodiri, cū hoc qd eis manumissor in libertate cōtulerit, qd tñ iubemus viginti solidorū numeri modū in terrula vineola, vel hospitio tenere, quod amplius datū fuerit post manumissoris mortē ecclesie reuocet. Minus vtilis peregrinis vel clericis saluo iure ecclesie in vsu p̄stare permittimus.

VIII. Id etiā placuit, vt si clericus relicto officio suo propter districōnē ad secularē for-

R. tasse



- tasse confugerit, & is ad quem recurrit solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de ecclesie communiōe pellatur.
- I IX.** ¶ Placuit etiam, vt si presbyteri vel diaconi coniugati ad thorum vxorum suarum redire voluerint, papæ Innocentiū ordinatio, vel Siritij episcopi autoritas conferuetur, q̄ si ad aliquos formula illa ecclesiastica vitæ, pariter & disciplinæ quæ à Siritio episcopo ad prouincias conueuit, non probabitur peruenisse, ei signo rationis venia remittitur, ita vt de cætero penitus incipiant abstinere, & ita gradus suos in quibus inuenti fuerint sic retineant, vt ad potiora eis non liceat ascendere, quibus in beneficio esse debet, q̄ locum ipsum quem retinent non amittunt, si qui autem scisse formam viuendi missam à sancto Siritio episcopo detegunt, neq; statim cupiditates libidinis abieçisse, illi sunt modis omnibus submouendi, eo q̄ post ad monitionem cognitam præponendam arbitrati sunt voluptatem.
- K X.** ¶ Id etiam ad custodiendam vitam & famam speciali ordinatione præcipimus, vt nullus clericorum extraneæ mulieri qualibet collatione, aut familiaritate iungatur, & non solum in domo illius extraneæ mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi extraneam mulierem habeat potestatem, sed cum matre tantū, forore, filia vel nepte, si habuerit, aut voluerit viuendi liberam habet potestatem, de quibus nominibus nephas est aliud quàm natura constituit suspicari.
- L XI.** ¶ Ancillas vel libertas à cellario vel secreto ministerio, & ab eadem mansione in qua clericus manet, placuit remoueri.
- M XII.** ¶ Placuit etiam, vt omnes ecclesie, exceptis diebus dominicis in quadragesima, etiam die sabbato, sacerdotali oratione, & discretionis comminatione ieiuent.
- N XIII.** ¶ Symbolum etiam placuit ab omnibus ecclesiis vna die, id est ante octo dies dominicæ resurrectionis, publice in ecclesia competentibus prædicare.
- O XIII.** ¶ Altaria placuit non solum vnctione chrisimatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.
- P XV.** ¶ Pœnitentes tēpore quo pœnitentiā petunt, impositionem manuum & cilicium super caput à sacerdote, sicut vbiq; constitutum est, consequantur: si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abijciantur, & nisi digne pœniterint, non recipiantur, iuuenibus etiam pœnitentiā non facile committenda est propter ætatis fragilitatem, vaticum tamen in morte omnibus positus non negandum.
- Q XVI.** ¶ Episcopus bñdictionem diaconatus minoribus quàm viginti quinque annorum pœnitus non committat, sane si coniugati iuuenes consenserint ordinari, & vxorum voluntas ita requirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo, religione præmissa, posteaq; pariter cōuersi fuerint, ordinentur.
- R XVII.** ¶ Presbyterum vero vel episcopum ante triginta annos, id est anteq̄ ad viri perfecti ætatem perueniat, nullus metropolitanorum ordinare præsumat, ne per ætatem (quod aliquotiens euenit) aliquo errore culpentur.
- S XVIII.** ¶ Seculares qui in natali domini, pascha, pentecoste non communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.
- T XIX.** ¶ Sanctimonialia, quantumlibet vita eorum & mores probati sint, ante annum ætatis suæ quadragesimum non velentur.
- V XX.** ¶ Clerici qui comam nutriunt, ab archidiacono, etiam si noluerint, inuitti detondeantur, vestimenta vel calciamenta etiam eis, nisi quæ religionem deceant, vti aut habere non liceat.
- X XXI.** ¶ Si quis etiam extra parrochias, in quibus legitimus est ordinariusq; conuentus oratorium in agro habere voluerit, reliquis festiuitatibus, vt ibi missas teneat propter fatigationem familiæ iuxta ordinem permittimus, pascha vero, natali domini, epiphania, ascensione domini, pentecoste, & natali sancti Iohannis Baptistæ, & si quæ maxime dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus, aut parrochijs teneant, clerici vero si qui in festiuitatibus quas supra diximus in oratorijs, nisi iubente aut permittente episcopo, facere aut tenere voluerint, à communiōe pellantur.
- Y XXII.** ¶ Et licet superfluum sit de re nota & antiquis canonibus prohibita, aliquid iterato definire, tamen vt facilius cupiditas, aut improbitas reprimatur, id statuimus quod omnes iubent, vt ciuitanenses, siue diocesani presbyteri, vel clerici, saluo iure ecclesie, rem ecclesie (sicut permiserunt episcopi) teneant, vendere, aut donare penitus non præsumant, quod si fecerint, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quas habent proprias indemnem ecclesiam reddant, & communiōe priuentur.
- Z XXIII.** ¶ Episcoporum etiam quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus præponat,

præponat, nisi forte elatus superbia, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit implere, contemnat, sane si officium archidiaconatus propter simpliciore naturam implere, aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationem ecclesiæ quem elegerit episcopus præponendum.

XXIII. ¶ De expositis inuētis id obseruandum quod iam dudū synodus sancta constituit XXV. ¶ Si vero seculares qui coniugale consortium culpa grauiori dimitunt, vel etiam dimiserūt, & nullas causas dissidij, probabiliter pponētes, propterea matrimonia sua dimittunt, vt aut illicita, aut aliena præsumāt, si anteq̄ apud episcopos comprouinciales dissidij causas dixerint, & prius vxores q̄ iudicio dānentur abiecerint, à cōmuniōe ecclesiæ, & sancto populi cœtu (pro eo q̄ fidem & coniugia maculant) excludantur.

XXVI. ¶ Si quis de clericis documenta, quibus ecclesiæ possessio firmatur, aut suppressere, aut negare, aut aduersarijs fortasse tradere damnabili & puniēda obstinatione præsumpserit, quicquid per absentiam documentorum damni ecclesiæ illatum est de proprijs facultatibus reddant, & communione priuentur, hi etiam qui in damno ecclesiæ impie sollicitati à traditoribus aliquid acceperint, superiori sententia teneantur.

XXVII. ¶ Vt de monachis monasterium nouum, nisi episcopo aut permittente aut probante, nullus incipere, aut fundare præsumat, Monachi etiam vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in ciuitatibus, nec in parrochijs ordinentur, Monachum, nisi abbatis sui aut permisso, aut voluntate ad alterum monasterium commigrātem, nullus abbas suscipere aut retinere præsumat, sed vbicunq; fuerit, abbati suo autoritate canonum reuocetur, si enim necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu & voluntate abbatis præsumat episcopus.

XXVIII. ¶ Monasteria puellarum longius à monasterio monachorum, aut propter infidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.

XXIX. ¶ Liberos legitime à dominis suis factos, ecclesia si necessitas exegerit, tueatur, quod si quis ante audientiam, aut peruadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

XXX. ¶ Et quia conuenit ordinem ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est vt vbicunq; (sicut fit) & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dici, & hymnos matutinos vel vespertinos, decantari diebus omnibus, & in conclusione matutarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de psalmis dici, & plebem collecta oratione ad vesperam ab episcopo cū benedictione dimitti.

XXXI. ¶ Placuit etiam, vt (sicut plerunq; fit) quicumq; odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem reuocari diutina intentione nequiverint, à ciuitatis primitus sacerdotibus arguantur, qui si inimicitias deponere perniciofa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellantur.

XXXII. ¶ Clericus nec quemq; præsumat apud secularem iudicem, episcopo non permittente, pulsare, sed si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio seculari proponere, Si quis vero secularium per calumniam ecclesiam, aut clerum fatigare tentauerit, & victus fuerit, ab ecclesiæ liminibus & à catholicorum communione (nisi digne pœnituerit) coerceatur.

XXXIII. ¶ Episcopus qui filios aut nepotes non habens alium quàm ecclesiam reliquit hęc redem, si quid de ecclesia, non in ecclesiæ causa aut necessitate insumpserit, quod distraxit, aut donauit, irritum habeatur.

XXXIII. ¶ Iudæi (quorum perfidia frequenter ad vomitum redit) si ad legem catholicam venire voluerint, octo menses inter cathecuminos ecclesiæ limen introeant, & si pura fide noscuntur venire, tunc demum baptismatis gratiam mereantur, q̄ si casu aliquo pecculū infirmitatis intra præscriptū tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

XXXV. ¶ Si episcopus Metropolitanus ad comprouinciales episcopos epistolas direxerit, in quibus eos ad ordinationem summi pontificis, aut ad synodum inuitat, postpositis omnibus, excepta graui infirmitate corporis, aut præceptione regia ad constitutum diem adesse non differant, quod si defuerint (sicut prisca canonum præcepit autoritas vsque ad proximam synodum, à charitate fratrum, & ecclesiæ communione, priuentur.

XXXVI. ¶ Clerici etiam omnes qui ecclesiæ fideliter, vigilanterq; deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum vel ordinationem à sacerdotibus consequantur.

XXXVII. ¶ Ita q; censuimus homicidas & falsos testes, à communione ecclesiastica submo-

Concilium Agathense.

- uendos, nisi pœnitentiæ satisfactiōe crimina diluerint.
- P XXXVIII.** ¶ Clericis sine commendaticijs epistolis episcopi sui licentiā non p̄teat euagā di. In monachis quoq; p̄sentis sententiæ forma seruetur, q̄ si verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus statuimus coerceri. Seruandum quoq; de monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat à congregatione discedere, nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem a superior abbatis regula remittatur, quod ita demum fiet vt intra eadem monasterij septa, manentes tamen sub abbatis potestate, separatas habere cellulas permittantur, abbatibus quoq; singulis diuersas cellulas, aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptaculo collocare.
- Q XXXIX.** ¶ Presbyteri, diacones, subdiacones, vel deinceps quibus ducendi vxores licentiā nō est, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia, nec his cœtib; misceantur vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obsceni motus corporum, choris & saltationibus efferuntur, ne auditus, & obtutus sacris mysterijs deputatus turpium spectaculorum atq; verborum cōtagione polluantur.
- R XL.** ¶ Omnes deinceps clerici siue laici ludæoz; conuiuia euitent, nec eos ad conuiuium quifq; excipiat, quia cum apud christianos cibus cōmunibus non vtantur, indignū est atq; sacrilegū eoz; cibos à christianis sumi, cū ea quæ (apostolo permittente) nos sumimus, ab illis iudicentur immunda, ac si inferiores incipiant esse christiani q̄ ludæi, si nos quæ ab illis apponuntur vtamur, illi vero à nobis oblata contemnant.
- S XLI.** ¶ Ante oīa clericis vite ebrietas, quæ omniū vitioz; fomes ac nutritrix est. Itaq; eū quē ebrium fuisse constiterit, vt ordo patitur, aut triginta dierum spatio communionē statuimus submouendum, aut corporali subdendum supplicio.
- T XLII.** ¶ Et ne id fortasse videatur omisum, quod maxime fidem catholicæ religionis infestat, quod aliquanti clerici siue laici studēt augurijs, & sub nomine fictæ religionis, quas sanctorum sortes vocant, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunq; scripturarum inspectiōe permittunt, hoc quicumq; clericus vel laicus detectus fuerit, vel consulere vel docere, ab ecclesia habeatur extraneus.
- V XLIII.** ¶ De pœnitentibus id placuit obseruare, quod sancti patres nostri synodali sententiā censuerunt, vt nullus de his clericis ordinetur, & qui iam sunt per ignorantiam ordinati, aut sicut bigami, aut inter nuptiarum maritos locum teneant, ministrare diaconis consecrare altare presbyter non p̄sumat.
- X XLIII.** ¶ Benedictionem super plebem in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit.
- Y XLV.** ¶ Terrulas aut vineolas exiguas ecclesiæ minus vtilēs, aut longe positas paruas epūs sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem.
- Z XLVI.** ¶ Fugitiui domos suas, aut familias deferentes, qui etiam si reuocati fuerint, aut si ita illi meruerint, distrahantur.
- A XLVII.** ¶ Missas diē dominica secularibus totas tenere speciali ordine p̄cipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non p̄sumat, qui si fecerint, ab episcopo publice confundantur.
- B XLVIII.** ¶ Vt de rebus episcopi proprijs vel acquisitis, vel quicqd epūs de suo proprio habet, hæredibus suis si voluerit derelinquat, quicqd vero de prouisione ecclesiæ suæ fuerit, siue de agris, siue de frugibus, siue de oblationibus omnia iure ecclesiæ reseruare censuimus.
- C XLIX.** ¶ Diacones vel presbyteri in parrochia constituti de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere vel donare, quia res sacratæ deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes nihil de rebus ecclesiæ sibi commissæ (vt superius comprehensum est) alienare p̄sumant, quod si fecerint conuicti in concilio, & ab honore depositi de suo aliud restituant q̄tum visi sunt p̄sumpsisse. Sane si quis pro qualibet conditione de rebus ecclesiæ aliquid alienare p̄sumpserit, si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit quantum visus est abstulisse, tunc demum istud stare licebit, liberos tamen quos sacerdotes vel diaconos de ecclesia sibi commissæ facere voluerint actus ecclesiæ p̄sequi iubemus, quod si facere cōtempserint, placuit eos ad proprium reuerti seruitium.
- D L.** ¶ Si episcopus, presbyter aut diaconus capitale crimen cōmiserit, aut chartam falsauerit aut testimoniū falsum dixerit, ab officij honore depositus in monasteriū retrudatur, & ibi tantummodo quandiu vixerit laicam cōmunionem accipiat.
- E LI.** ¶ Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, nisi tantum de iuris proprii facultate suppleuerit.
- F LII.** ¶ Presbytero aut diacono, vel clerico sine antistitis sui epistolis ambulanti, communionē

nionem nullus impendat.

LIII. ¶ Quicquid parrochiarum presbyter de ecclesiastici iuris possessione distraherit inane habeatur, & vacuum, venditore comparantis & auctione vendentis. **A**

LIIII. ¶ Presbyter dum dioccesim tenet, de his quæ emerit ad ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab eius quam tenet ecclesiæ ordinatione discedat. **B**

LV. ¶ Episcopis, presbyteris, diaconibus canes ad venandū, aut accipitres habere non liceat, q̄ si quis talium personarū in hac voluntate detectus fuerit, si episcopus est tribus mensibus se suspendat à communione, presbyter duobus mensibus se abstineat, diaconus vero ab omni officio vel communione cessabit. **C**

LVI. ¶ In venditionibus, quas abbates facere præsumunt, hæc forma seruetur, vt quicquid sine episcopi notitia venditū fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur, mancipia vero monachis donata ab abbate nō liceat manumitti, iniustum em̄ putamus, vt monachis cotidianū rurale opus facientibus, serui eorum libertatis otio potiantur. **D**

LVII. ¶ Vnum abbatem duobus monasterijs interdicimus præsidere. **E**

LVIII. ¶ Cellulas nouas, aut congregatiunculas monachorum absq̄ notitia episcopi prohibemus institui. **F**

LIX. ¶ Clerici quilibet quæcunq̄ diurnitate tēporis de ecclesiæ remuneratione possederint, in ius propriū præscriptione tēporis non vocentur, dūmodo pateat ecclesiæ rem fuisse, ne videantur etiam episcopi administrationes prolixas, aut precatorias cū ordinati sunt facere debuisse, aut diu retentas facultates in ius proprietatis suæ posse transcribere. **G**

LX. ¶ Lapsis, id est qui in catholica fide baptizati sunt, si præuaricatione dānabili post in hæresim transierint, grandē redeundi difficultatē sanxit anti quitas, q̄bus nos annorū multitudine breuiata pœnitentiā biennij conditione infra scriptæ obseruatiōis iponimus, vt præscripto biennio, tertio sine relaxatione ieiunent, & ecclesiā studeant frequentare, in pœnitētum loco standi & orādī humilitatē ita nouerint obseruandā, vt etiā ipsi cū cathecumini egredi cōmonentur, abscedāt, hoc si obseruare voluerint cōstituto tēpore admittēdis ad altariū obseruatio relaxet, q̄ si ardua vel dura forte putauerint, statuta p̄teritorū canonū implere debebūt. **H**

LXI. ¶ De incestis coniunctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus, nisi cum adulterium separatione sanauerint, incestos vero nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos em̄ censemus esse si quis relictam fratris quæ pene prius soror extiterat carnali coniunctione polluerit, si quis frater germanam vxorem acceperit, si quis nouer cam duxerit, si quis consobrinx se sociauerit, si quis relictæ vel filix auunculi misceatur, aut patri filix vel priuignæ suæ, aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit concubitu, polluat, aut duxerit vxorem. Quos omnes & olim atq̄ sub hac cōstitutione incestos esse non dubitamus, & inter cathecuminos vsq̄ ad legitimam satisfactionem manere & orare præcipimus, quod ita præsentī tempore prohibemus, vt ea quæ sunt hæc tēnus instituta, non dissoluamus. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt in eundi melioris coniugij libertatem. **I**

LXII. ¶ Si quis seruum proprium sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatiōe vel pœnitentiā biennij reatum sanguinis emendabit. **K**

LXIII. ¶ Vt ciues qui superiorum solennitatum, id est, paschæ ac natalis domini, vel pentecostes festiuitatibus cum episcopis interesse neglexerint (cum in ciuitatibus communionis vel benedictionis accipiendæ causa positos se nosse debeant) triennio à communione priuentur ecclesiæ. **L**

LXIIII. ¶ Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solennibus defuerit, id est, natalitate domini, epiphania, pascha, vel pentecoste, dum potius singulari lucro studeat, q̄ seruitio suo parere, cōuenit vt triennio à cōmunionē suspendatur, Similiter diaconus vel presbyter si tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat. **M**

LXV. ¶ Quoniam non oportet diaconem sedere præsentē presbytero, sed ex iussione presbyteri sedeat, similiter autem honorificetur diaconus à ministris inferioribus & omnibus clericis. **N**

LXVI. ¶ Quoniam non oportet in sacros ministros licentiam habere in secretariū, quod Græci diaconicon appellant, ingredi, & vasa contingere dominica. **O**

LXVII. ¶ Quoniam non oportet cū omnibus hæreticis miscere connubia, vel filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen profitentur christianos futuros esse & catholicos. **P**

LXVIII. ¶ Quoniam non oportet ministros altaris aut clericos magos & incantatores esse, aut facere quæ dicunt, phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum, hos autem qui talibus vtuntur, projici ab ecclesia iussimus. **Q**

Concilium Aurelianum.

- R** LXIX. ¶ Seditonarios nunq̄ ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, vel iniuriarum suarum vltiores.
- S** LXX. ¶ Clericum scurrilem & verbis turpibus iocularē, ab officio retrahendum.
- T** LXXI. ¶ Synodū etiā secundū cōstituta patrū etiā annis singulis placuit cōgregari, qm̄ cū pace dimittimus gratias deo agimus, orātes eius clementiā, vt hæc eadē facere in honorē dñi multos per annos possimus. Ego Cæsarius in Christi noīe ep̄s iuxta id quod vniuersis coep̄s meis q̄ mecū scripserunt, placuit instituta patrū secutus, his diffinitionibus annuens sub die quinto Calendas Septembris, subscripsi, similiter & alij subscripserunt.
- ¶ Explicit concilium Agathense.

Incipiūt capitula concilij Aurelianensis.

<p>¶ De homicidis & adulteris & furibus, si ad ecclesiam confugerint. Cap. 1.</p> <p>¶ De raptoribus ad ecclesiā cōfugiētibus. 2</p> <p>¶ De seruis si ad ecclesiā confugerint. 3</p> <p>¶ De eo q̄ ab ep̄o aliquid repeti, vt pro ipsā cōuentione ab ecclesia non priuetur. 4</p> <p>¶ Si ep̄s seruum alterius clericum fecerit. 5</p> <p>¶ Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserit. 6</p> <p>¶ De his qui p̄nitentiam violauerunt. 7</p> <p>¶ Si presbyter aut diaconus se pro reatu aliq̄ ab eucharistia suspenderit. 8</p> <p>¶ Si relicta p̄bri aut diaconi alij se cōiūxerit. 9</p> <p>¶ De his quæ in altario offeruntur. 10</p> <p>¶ De his quæ à fidelibus in parochianis ecclesiis offeruntur. 11</p> <p>¶ Vt episcopus & pauperes & infirmos tueatur. 12</p> <p>¶ Vt basilicæ in cuius territorio sunt, in eius episcopi maneant potestate. 13</p> <p>¶ De incestis, vt excommunicentur. 14</p>	<p>¶ Vt abbates in potestate episcoporum sint, & de monachis vagis. 15</p> <p>¶ Vt monachi oratorio vs̄ zonis nō vtant. 16</p> <p>¶ Si monachus vxorem duxerit. 17</p> <p>¶ Vt monachus sine permisso ep̄i vel abbatis cellulas non construat. 18</p> <p>¶ Si ep̄s cuiq̄ terrulas præstiterit excolendas, sine p̄iudicio iuris ecclesiæ tenebuntur. 19</p> <p>¶ Vt ante pascha quadragesima teneatur. 20</p> <p>¶ Vt nullus ciuium festiuitates maiores in villa celebret. 21</p> <p>¶ Vt populus añ cōpletā missam & benedictionē acceptā egredi non præsumat. 22</p> <p>¶ Vt letaniæ añ ascensionē dñi celebrent. 23</p> <p>¶ De clericis qui ad officium venire contemnant. 24</p> <p>¶ De familiaritate extraneæ mulierum. 25</p> <p>¶ De religiosis secularibus qui diuinationibus attendunt. 26</p> <p>¶ Quod episcopus die dominica ab ecclesia abesse non debet. 27</p>
---	--

Incipit Concilium Aurelianense.

XXX. Episcoporum.

N  Vm autore deo in Aurelianensi vrbe fuisset concilium summorum antistitum congregatum, communi omnium collatione complacuit, vt hoc quod verbis statuerunt, etiam scripturæ testimonio roborarent.

¶ Capitulum primum.

- X** ¶ Id constituimus obseruandum quod ecclesiastici canones decreuerunt, & lex Romana constituit, vt ab ecclesiæ atrijs, vel domo episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignari, nisi ad euangelia datis sacramentis de morte, & debilitate, & omnium p̄narum genere sint securi, ita vt ei cui reus fuerit criminosus de satisfactione conueniat, quod si sua sacramenta conuictus fuerit violasse, reus periurij, non solum à communione ecclesiæ, vel omnium clericorum, verumetiam & à catholicorum conuiuio separetur. Quod si is cui reus est, noluerit, intentione faciente componi, & ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesiæ clericis non quærat.
- Y** II. ¶ De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, vt si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & sc̄eminam ipsam violentiam pertulisse confiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis vel p̄narum impunitate concessa aut seruiendī conditioni subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero quæ rapturam patrem habere confiterit, & puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, & raptor à patre superiori conditionis satisfactioni teneatur obnoxius.
- Z** III. ¶ Seruus qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si domino pro admisa culpa sacramentum susceperit, statim ad seruitium domini sui redire cogatur, & postea q̄ dato sacramēto